UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Jn sancti martini ep[iscop]i [et] [con]fessoris. Jntroit[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

uimus: pios apđ te in nr̄a in/
terceſſione ſentiamus. Per.
Grad. Uindica domine ſangui
nem ſanctoꝝ tuoꝝ: qui effuſus
eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſer/
uorū tuorum eſcas volatilibus
celi: carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs
terre. Alleluia. ℣. Laudate do
minum in ſanctis eius: laudate
eū in firmamento virtutis eius
Offert. Anima noſtra ſicut paſ/
ſer erepta eſt de laqueo venantiū
laqueus cōtritus eſt: ⁊ nos libe/
rati ſumus. Secreta.
BEnedictio tua dn̄e lar/
ga deſcēdat: q̄ et munera nr̄a
deprecantibus ſanctis tuis: ti
bi reddat accepta: ⁊ nobis ſa/
cramētū redēptionis efficiat.
Per. Coīo. Poſuerūt morta/
lia ſeruoꝝ tuorum domine eſcas
volatilibꝰ celi: carnes ſcōꝝ tuo
rū beſtijs terre: ſm magnitudinē
brachij tui poſſide filios morti
punitorū. Poſtcōmūio.
CEleſtibus refecti ſacra/
mētis ⁊ gaudijs: ſupplices te
deprecamur: vt quoꝝ gloria/
mur triumphis: protegamur
auxilijs. Per. In ſancti theo
dori martyris. Oratio.
DEus q̄ nos beati theo/
dori martyris tui confeſſione
glorioſa circundas ⁊ ꝓtegis:
preſta nobis: ex eius imitati/
one proficere: ⁊ oratione ful/
ciri. Per. Secreta.
SUſcipe domine fidelium
preces cum oblationibus ho
ſtiarum: ⁊ intercedente bea/
to theodoro martyre tuo: per
hec pie deuotionis officia: ad
celeſtem gloriam tranſeamꝰ.
Per. Poſtcōmunio.
PReſta nobis dn̄e q̄ſumꝰ
intercedente beato theodoro
martyre tuo: vt qđ ore contin
gimus: pura mēte capiamꝰ.
Per. In ſancti martini epi ⁊
ꝯfeſſoris. Introitꝰ.
STatuit ei dn̄s teſta/
mētū pacis: ⁊ princi
pē fecit eū: vt ſit illi
ſacerdotij dignitas in eternum.
Ps. Memento dn̄e dauid: ⁊ oīs
manſuetudinis eius. ℣. Gloria.
DEus qui conſpi/ Oro
cis: q̄ ex nulla nr̄a vir/
tute ſubſiſtimus: cōcede ꝓpi/
tius: vt interceſſiōe beati mar
tini ꝯfeſſoris tui atq̄ pontifi/
cis: cōtra oīa aduerſa munia
mur. Per. Grad. Ecce ſacerdos
magnꝰ: q̄ in diebus ſuis placuit
deo. ℣. Non eſt inuētus ſimilis
illi qui cōſeruaret legem excelſi.
Alleluia. ℣. Beatus vir ſctūs
martinus vrbis turonis requie/
uit: quem ſuſceperunt angeli at
q̄ archangeli throni dominati/
ones ⁊ virtutes. Offerto. Veri
tas mea ⁊ miſericordia mea cū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabi/
tur cornu eius. Secreta.
DA miſericors deus: vt
hec nos ſalutaris oblatio: ⁊ a
proprijs reatibus indeſinēter
expediat: ⁊ ab omnibus tuea
tur aduerſis. P. Coio. Bea/
tus ſeruus quē cum venerit do/
minus inuenerit vigilātē: amen
dico vobis: ſuper omnia bona
ſua conſtituet eum. Poſtcōio.
PReſta q̄s dn̄e deus no/
ſter: vt quoꝝ feſtiuitate
votiua ſunt ſacrā: eoꝝ nobis
ſalutaria īterceſſiōe reddāt.
Per. In ſancto mena. Oro.
PReſta q̄s ops̄ de⁹: vt q
beati mēne martyris tui
natalitia colimus: interceſſio
ne eius in tui nois amore ro/
boremur. P. Secre
MUneribus noſtris q̄s
dn̄e p̄cibuſq; ſuſceptis: ⁊ cele
ſtibus nos mūda myſterijs ⁊
clemēter exaudi. P. Poſtcō.
DA q̄s dn̄e deus noſter:
vt ſicut tuoꝝ cōmemo/
ratiōe ſcōꝝ: tēporali gratula
mur officio: ita perpetuo lete
mur aſpectu. Per. In ſancte
TUoꝝ heliſabeth. Oro.
corda fideliū deus miſe/
rator illuſtra: ⁊ beate heliſa/
beth p̄cibus glorioſis: fac nos
pſpera mūdi deſpicere: ⁊ cele
ſti ſemp̄ cōſolatione gaudere

MUnera dn̄e nr̄e Sec.
deuotionis offerimus
vt tibi grata ⁊ nobis ſalutaria
beate heliſabeth pia ſupplica
tiōe reddant. Per. Poſtcōio
QUeſumus ops̄ deus: vt
quos ſalutarib⁹ digna/
tus es erudire myſterijs: bea/
te heliſabeth interceſſio glo/
rioſa reficiat celeſtib⁹ alimen
tis. Per. In ſancte cecilie vir
ginis ⁊ martyris. Introitus.
LOquebar de teſtimo
nijs tuis in cōſpectu
regum: ⁊ non cōfun
debar: et meditabar
in mandatis tuis: que dilexi ni/
mis. Beati imaculati in via:
q ambulant in lege dn̄i. Glia.
DEus qui nos Oratio.
ānua beate cecilie mar
tyris tue ſolēnitate letificas:
da vt quā veneramur officio
etiā pie ꝯuerſationis ſeq̄mur
exēplo. Per. Grad. Audi filia
⁊ vide: ⁊ inclina aurem tuā: q2 cō
cupiuit rex ſpeciē tuam. ℣ Spe
cie tua ⁊ pulchritudine tua: intē/
de, pſpere p̄cede ⁊ regna. All'a
℣. Quinq; prudentes virgines
acceperūt oleū in vaſis ſuis cum
lampadib⁹: media autem nocte
clamor factus eſt: ecce ſponſus
venit: exite obuiam chriſto dn̄o.
Offer. Offerent regi virgines
poſt eā proxime ei⁹ offerent tibi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN